

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Andreae Alciati Emblemata

Alciati, Andrea

Patavii, 1661

In eum qui sibi damnum apparat. Emblema LXIV.

[urn:nbn:de:bsz:31-127360](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-127360)

In eum qui sibi damnum apparat.

EMBLEMA LXIV.



CAPRA lupum non sponte meo nunc ubere lacto,
 Quod male pastoris prouida cura iubet.
 Creuerit ille simul, mea me post ubera pascet:
 Improbitas nullo stectitur obsequio.

COMMENTARI II.

I. **C**APRA uberebus lacte distentis lupi
 catulum lactentem lactat, & in suam
 perniciem hostem nutrit.

II. **E**X lib. I. Epigrammatum Græcorum,
 tit. εις ευχαριστις και ἀχαριστις, auctoris
 incerti, quod est huiusmodi:

Epigram-
 ma.
 Τὸν κύλον ἐξ ἰδίων μαζῶν τρέφω οὐκ ἐπι-
 λουσα,
 Ἀλλὰ μ' ἀναγκάζει ποιμῖνος ἀφο-
 σύνη.
 Ἀσζήθει δ' ὅπ' ἰμοῦ, κατ' ἰμοῦ πάλι
 θνήσκω ἴσως.

Ἡ χάρις ἀλλάξει τὴν φύσιν ἐδύραται
 Capra lupū lacto mammis inuita, sed illud
 Pastoris cogit mens male cauta mei.
 Nutritus per me, tandem fera sauiet in me:
 Vertere naturam gratia nulla potest.

Lupum proprijs uberebus nutritio inuita,
 sed [ad id] me cogit pastoris improu-
 dentia:
 Qui ubi creuerit ex me, contra me rursus
 fera erit:
 Gratia mutare naturam non potest,
 T Lacto

Lactō lupi catulum māmīs inuita capella,
Quo me pastoris cura coegit iners.
Postquam creuerit ille ex me, malē sauiet
in me:

Naturam mutat gratia nulla malam.
Chiliadum autor sic veitit:
Lactō lupum vberibus proprijs, non sponte,
sed horsum
Me demens adigit pastor, ut id faciam.
In me rursus erit fera, postquam creuerit
ex me:

Natura haud unquam vertitur officijs.
Videtur confictum hoc Epigramma ex
Theocrito, apud quem eiusdem argu-
menti apologus.

III.

MALÆ pastoris prouida cura] αοιυλνσ
ερροσυν-

Iubet] Permittit, sinit, Graecum habet
ανυρα ζει, cogit.

Sinu.

Creuerit ille simul] Postquam adoleue-
rit. Ponitur autem simul pro vbi, vel post-
quam. Sic Liuius 6. Belli Punici: Qui simul
in potestate vestra erunt, exemplū omnia,
quae nunc sub Carthaginensibus sunt, in-
ditionem t adent.

Paseo.

Mea me post vbera pascet] id est, post-
quam meis vberibus nutritus fuerit, me
seinde ipsam pascendo absorbet. Est autē
verbum pascō, hoc loco ventri genētis, &
velēti, vel comedere significat. Sic Virgil.

Pascens forasbit Thyris haedos.
Alias quoque actiuum est, & significat aste-
ri cibum prohibere, nutrire, vel etiam pascen-
tem obseruare. Cicero 1. de Diuina. Qui tū
propter paupertatem sues pasceret.

Improbis nullo etc.] Idem sonat penē
Publianus ille manus:

Malevolus semper sua natura vestitur.
id est: nullo beneficio ingrati animus muta-
tur. Consonat quoque cum Socratis dicto:
κακός ποιώνός, ερίσαι κύνας. hoc est:
Malis faciens bene, nutrit lupos Hispani di-
cunt: Cria el cueruo, sacarte ha el o. Huc
refer adagia, Lupus pilum mutat, non ani-
mum. & Colubrum in sinu fouere & Aries
nutritionis mercedem persoluit. Occur-
rit opportunē illud Theocriti Eidyli. Ερί-
σαι και λυκαδεις, ερίσαι κύνας, ως τυ
φάγυυτι. Ale εφ' status lupi, ale canes, ut
te absorbant. Sic autem Scholiastes, ελπί-
σειεν αντισ κ' λυκων ιαγόνυς και κύνας,
επι τη λύμνη τη αυτη ως καθ' ολγον ιδι-
σαζα επι α' χειρισια, εσι δ'ε τοτο Σακρα-
τους. κακός ποιών ου ερίσαι κύνας.

TORQVETVR Emblemata in ingra- IV.
tos, eosque potissimum, qui perniciosi ijs Ingrati.

adferunt, qui de se bene meriti sunt: quo
genere hominum nihil peius aut deterius
educere vel gignere terra potest: tantumque
id flagitium atrocitatis habet & probri, ut
omnia cōiucia ingratitudinis solo nomine
contineri dicatur. Quid verò execrabilius
esse potest, quàm ijs vitam adimere, aut
etiam quodam torquere pacto, qui nobis
viuendi causas suggerere, dederuntque ope-
ram, ut quod sumus, essemus: C. Toranius
ingratissimus filius, trium virum partes se-
cutus, proscripti patris sui, praetorij & or-
nati viri, latebras, aetatem, notasque corpo-
ris, quibus agnosci posset, centurionibus
edidit, ouī eum persecuti sunt. Senex tamē
pater de filij vita magis, quàm de sua soli-
citus, petijt, an incolumis filius esset, & an
imperatoribus satisficeret. At ipse est, qui
te nobis prodidit, inquit vnus ē militibus:
continoque pectus eius gladio traiecit. In-
digna quidem mors, sed auctore cedis mi-
serior. Idem penē de Villio Annali narra-
tur, qui cū proscriptus ad clientē suum
confugisset, secleratus filius militibus occi-
dendum patrem se praesente obiecit, bis
parricida, ut qui consilio prius, deinde spe-
ctaculo tam crudeli & impio ei vitam ade-
merit, a quo vitam acceperat. Dignū quo-
que quod memoretur ingratitudinis exem-
plum est militis cuiusdam Philippi Mace-
donum regis: is fortē naufragio exutus om-
nibus, vix etiamnum spiritum duccens era-
bat, consilij inops. Eum conspicatus Ma-
cedo quidā benignē amplexatur, iubet be-
ne sperare, seminum in villam suam per-
ducit, fouet accuratē, lectulo quoque cedit,
nec patitur quidquam ab eo frustra deside-
rari. Postremō digredientem viatico etiam
instruit, submuturantem identidem: Nō
sentiat ingratus, parem rationem faciam,
siceat modo mihi imperatorem meū ad-
ire. Venit ille ad Philippum, miserā suam
exponit, sed hospitis benignitatem reticet:
nec satis; Miserantem illum inducit impu-
denter quidem, sed militanter, donec sibi
Macedonis eniusdam agros. At is non a-
lius erat, quam ille ipse hospes. Qui tam
inhumaniter omnibus exutus, nil dissimu-
lando, per epistolam facti seruem Philippo
insinuat. Excanduit is, nec valens tam insti-
gnem sauciam decoquere, improbitati o
homini beneficium rare fortune inuifratā
rabie

Ingratus
animus ex-
plum.

Arifto-
les ingra-
tus.

rabie retalianti, stigmata inuri iussit, restitutum in integrum priore domino. Mislos facio quàm plurimos alios ingratitude notatos, qui nobis interdum occurrunt in historicorum monumentis, ne nimium hic harem. Tantum adijcio, quod scribunt auctores grauissimi, ingratitude sceleris atrocissimi loco esse positam, adeo ut tanto crimini non sit vlla pœna legibus cõstituta, quod (sicut sapienter arbitrantur) maius sit quàm vt ab hominibus vindicari possit, ideoque ad vltionem diuinam remitti. Nam si omnium virtutum mater gratitudo, quoniam ex huius fontibus profluit in partes pietas, in patriã charitas, in Deũ religio, inter homines amicitia, in educatores & magistros veneratio: certè colligendũ, quod ad Atticum Cicero scribit, ingratis omnia inesse vitia. Hic opinor factum, vt natura ipsa ad id nos prouehente, ingratos nemo non Vatiniano prosequatur odio: siq; facultas adsit, & patiatur ratio, primo quoq; tempore vltum eat, veluti sunt tum beneficentia, tum tenuiorum omnium communes hostes. Vnde legimus apud Xenophontem, in Persarum moribus & statutis hoc esse positum, vt maximè ingratitude notam in se sentiant. Quem enim cognouerint posse gratiam referre, nec refert, in hunc seuerissimè animaduertunt: quippè qui arbitrentur eos, qui sunt ingrati, & Deos negligere, & parentes, & patriam, & amicos. Ingratitude verò, ait, potissimùm impudentia sequitur, quæ ad omnem turpitudinem maxima est dux. Sanè vt hoc quasi per transennam adijciã, pulcherrimas ingenij sui penè diuini dotres multum obscurauit Aristoteles, *ήμισυρος* dictus ab Athenæo, quod animo in preceptorem Platonem fuerit ingrato; quam tamen alicubi dissimulat in suis disputationibus: ex quibus oculati homines facilè conijciunt, quid animi habuerit ille in doctorem, cui debebat omnia lubens referre accepta. Quapropter nõ immeritò et ab ipso Platone mulus vocabatur, quod mulus, cum saturatus est lacte matris,

calcibus perat matrem. Ab hac ingratitude peste miserè exercitus fuit Romanæ facundia: parens Cicero, qui à popilio, quæ capitis reum defenderat, è viuis sublatus fuit. Tullia quoq; Tarquinij filia, currum super faciem mortui parentis duxit, equis etiam immanitatem refugientibus; vt canit Ouidius lib. 6. Faistor. Scribit Trogus, Thesalonice ab Antipatro filio interfectam, quod Alexandro fratri magis quam sibi faueret; quum tamen illa vitam per vbera materna deprecaretur. His hominum portentis iure adiungo Neronem, alteram humani generis faciem, vt cum Plinius vocat: Is matrem Agrippinam varijs modis perdere tentauit: primò veneno, sed cum sciret eam antidotis premitam, nauem solutilem, cuius ruina periret, commentus est, simulataque amicitia Baia euocauit. Quam nando euasisse vt comperit, inops consilij eam interfici iussit, quam prius stupro contaminauerat. Ea perempta procurrens nudam est cõtemplatus, nec verbo temperauit flagitiosiore: *ὅκ ἴδεν, ὅτι ἕτω καλὴν μὲν ἔχον, νεκρὴν* inquit, *μή τι* esse matrem adeo venustam. Propter hæc & alia nefanda flagitia puto irroboraſſe opinionem illorum, qui Neronem resurrecturum suspicati sunt, futurumq; Antichristum. Alij vero putarunt, nec occisum quidem, sed subtractum, & viuum occultari in ætatis vigore, quæ fuit, cum crederetur extinctus, donec suo tempore reueletur, & restituatur in regnum. Sed hæc vt Ialemo frigidiora, & quæ vel ipsas thermas Neronianas possint refrigerare (vt Martialis abutar versiculo) meritò irridet August. lib. 20. de Ciuit. Dei. Confer huc, si vacat, pulcherrimum Socratis monumentum ad filium Lamprocleum, matri Xantippe contumeliosum, ex 2. *στομνημον*. Xenophontis, & quædam Eliani De varia historia exempla, ex lib. 3. c. vlc. De ijs qui ab ingrata patria malè plexi sunt, & iniuste damnati. Nihil enim video aptius huic loco illustrando.

Cruelitas Tullia.

Neronis parricidium.

Aristoteles ingratus.

